Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

LIPSIS

cum aperuisset sigillum tertium
audiui animal tertium dicens ve
ni et uide. Et ecce equus niger et q
sedebat sup illum habebat stateram
in manu sua. Et audiui tamquam
uocem in medio quatuor animali
um dicentem. Bilibres tritici denario
uno. et tres bilibres ordei denario
uno. et uinum et oleum ne lesueris.
Et cum aperuisset sigillum quar
tum audiui uocem quarti animali
is dicentis. Veni et uide. Et ecce equ
pallidus. et qui sedebat sup illum
nomen illi mors. et infernus seq
batur eum. et data est illi potestas
sup quatuor partes mundi interficere
gladio. et fame. et morte. et bestiis
terre. Et cum aperuisset sigillum
quintum uidi subtus altare di ai
mas interfectorum propter uerbum
dei. et propter testimonium quod
habebant. et clamabant uoce magna
dicentes. Usquequo domine sanc
et uerus non iudicas et non uindi
cas sanguinem nostrum de his
qui habitant in terra. Et date
sunt illis singule stole albe. et dic
tum est illis ut requiescerent adhu
modicum tempus donec impleant
ur conserui eorum. et fratres
eorum qui interficiendi sunt si
cut et illi. Et uidi. Et cum ape
ruisset sigillum sextum. et ecce
terre motus factus est magnus
et sol factus est niger tamquam
saccus cilicinus. et luna tota fac
ta est sicut sanguis. et stelle de
celis ceciderunt sup terram sicut
ficus uirilis grossis suos cum a
uento magno mouetur. et celum
recessit sicut liber inuolutus. et om
nis mons. et insule de locis suis
mote sunt. et omnes reges terre
et principes. et tribuni. et diuites et
fortes. et omnis seruus. et liber ab
sconderunt se in speluncis. et petris
montium. et dicunt montibus et
petris cadite sup nos et operite nos
a facie sedentis sup thronum. et ab
ira agni. quoniam uenit dies mag
nus ire ipsorum. et quis potest stare.

Post hec VII
uidi quatuor angelos stan
tes sup quatuor angulos
terre. et tenentes quatuor uentos
terre. ne flarent sup terram. neq; super
mare. neq; in ullam arborem. Et
uidi alterum angelum ascendentem
ab ortu solis. habentem signum dei uiui
et clamauit uoce magna quatuor
angelis quibus datum est nocere
terre. et mari dicens. Nolite nocere
terre. et mari. neq; arboribus quo
adusq; signemus seruos dei nostri
in frontibus eorum. Et audiui nu
merum signatorum. c. xl. quatuor
milia signati ex omni tribu filiorum
israel. Ex tribu iuda. xii. milia signa
ti. Ex tribu ruben. xii. milia signa
ti. Ex tribu gad. xii. milia signati.
Ex tribu aser. xii. milia signati. Ex
tribu neptalim. xii. milia signati.
Ex tribu manasse. xii. milia signa
ti. Ex tribu symeon. xii. milia signa

346